



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta
Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ
Theologiæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

4 Vtrum remaneat spes.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72759)

Sermon. 27. de
ver. Apof.
in princip.
rom. 10.

D. 610.

litera autē dicitur, quod fides opinio, & scientia differunt secundum perfectum & imperfectum ex parte subiecti, ita quod credens non videt id quod creditur: quod idē est ac si diceret, ex parte subiecti simpliciter & absolute. Ad intelligendum ergo, quomodo ex parte subiecti absolute propria imperfectio fidei sit, scito quod fides dicitur imperfecta ex parte subiecti, quia constituit subiectum absolute in esse imperfecto, seu quod in idē redit, exigit subiectum absolute imperfectum: & est sermo de imperfecto priuatiue, ita quod ponit subiectum absolute priuatiue visioe illius quod creditur. & est simile de istis actibus & motu ita quod sicut motus ex hoc ipso quod inest alicui, constituit ipsum in esse potentia respectu termini, ac per hoc in priuatione actuali termini: ita credere & sperare constituit subiecta in priuatione crediti & sperati. Et sicut motus est actus entis in potentia ut sic, ita fides est affectus determinatus non videntis, ut sic. Et spes est appetitus non habentis ut sic, & propterea importat imperfectiōe subiecti non secundum quid, sed simpliciter: non per accidens, sed per se. Et propterea sicut motus non stat cum termino excludente priuationem eius, ita nec spes stat cum eius termino, ut in articulo quarto dicitur: nec fides stat cum visione, quia vtrouque excluditur priuatiua imperfectio subiecti, quam vtrique actus substantia liter sibi veditabat, ut in litera dicitur. Et huic sensui attestatur litera de perfectione & imperfectiōe ex parte obiecti, & ex parte medij. Sicut enim perfectio vel imperfectio proprii obiecti, constituit cognitionem perfectam, vel imperfectam obiectiue: & similiter perfectio, vel imperfectio

quādoque accidit defectus rationis, inquantū impeditur in eo rationis vsus propter somnum, vel ebrietatē, vel aliquid huiusmodi. Patet autem quod tali imperfectiōe remota nihilominus substantia rei remanet. Manifestum est autē, quod imperfectio cognitionis est de ratione fidei: ponitur enim in eius diffinitione. Fides enim est substantia sperandarum rerum, argumentum non apparentium, ut dicitur ad Hebr. 11. Et Aug. dicit. * Quid est fides? credere quod non vides. Quod autem cognitio sit sine apparitione vel visione, hoc ad imperfectiōem cognitionis pertinet: & sic imperfectio cognitionis est de ratione fidei. vnde manifestum est, quod fides non potest esse perfecta cognitio eadem numero manens. Sed vterius considerandum est, vtrum simile possit esse cum cognitione perfecta: nihil enim prohibet aliquā cognitionem imperfectam simul esse aliquādo cum cognitione perfecta. Est igitur considerandum, quod cognitio potest esse imperfecta tripliciter. Vno modo ex parte obiecti cognoscibilis: alio modo ex parte medij: tertio modo ex parte subiecti. Ex parte quidem obiecti cognoscibilis differunt secundum perfectum & imperfectum cognitio matutina & vespertina in angelis: nā cognitio matutina est de rebus, secundum quod habent esse in verbo: cognitio autem vespertina est de eis, secundum quod habent esse in propria natura, quod est imperfectum respectu primi esse. Ex parte vero medij differunt secundum perfectum & imperfectum cognitio quae est de aliqua conclusiōe per medium demonstratiuum, & per medium probabile. Ex parte vero subiecti differunt secundum perfectum & imperfectum opinio, fides, & scientia: nam de ratione opinionis est, quod accipitur vnum cum formidine alterius oppositi, vnde non habet firmam inhaesionem. De ratione vero scientiae est, quod habeat firmam inhaesionem cum visione intellectiua: habet enim certitudinem procedentem ex intellectu principiorū. Fides autē medio modo se habet: excedit enim opinionem in hoc, quod habet firmam inhaesionem: deficit vero a scientia in eo, quod non habet visionem. Manifestum est autem, quod perfectum & imperfectum non possunt simul esse secundum idem: sed ea quae differunt secundum perfectum & im-

perfectum, secundum aliquid idē possunt esse in aliquo alio eodē. Sic igitur cognitio perfecta & imperfecta ex parte obiecti nullo modo possunt esse de eodē obiecto, possunt tamen conuenire in eodē medio, & in eodē subiecto. Nihil enim prohibet, quod vnus homo simul & semel per vnū & idē medium habeat cognitionem de duobus, quorum vnum est perfectum, & aliud imperfectum: sicut de sanitate & aegritudine, & bono & malo. Similiter etiam impossibile est, quod cognitio perfecta & imperfecta ex parte medij, conueniat in vno medio: sed nihil prohibet quin conueniant in vno obiecto, & in vno subiecto. potest enim vnus homo cognoscere eandem conclusionem per medium probabile, & demonstratiuum. Et est similiter impossibile, quod cognitio perfecta & imperfecta ex parte subiecti sint simul in eodē subiecto. Fides autē in sui ratione habet imperfectionē, quae est ex parte subiecti, ut scilicet credens non videat id quod credit: beatitudo autem de sui ratione habet perfectionē ex parte subiecti, ut scilicet beatus videat id quo beatificatur, ut supra dictum est. * Vnde manifestum est quod impossibile est, quod fides maneat simul cum beatitudine in eodem subiecto.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod fides est nobilior quam scientia ex parte obiecti, quia eius obiectum est veritas prima: sed scientia habet perfectionem modum cognoscendi, quae non repugnat perfectioni beatitudinis, scilicet villoni, sicut repugnat ei modus fidei.

AD SECVNDVM dicendum, quod fides est fundamentum quantum ad id quod habet de cognitione: & ideo quando perficitur cognitio, erit perfectus fundamētum.

AD III. patet solutio ex his, quae supra dicta sunt.

ARTICVLVS III.

Vtrum spes maneat post mortem in statu gloriae.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quod spes maneat post mortē in statu gloriae. Spes enim nobiliori modo perficit appetitū humanū, quod virtutes morales: sed virtutes morales manent post hanc vitam, patet per Aug. in 14. de Trin. * ergo multo magis spes. ¶ 2. Prat. Spei opponitur timor: sed timor manet post hanc vitam, & in beatis quidem timor filialis, qui manet in saeculum, & in damnatis timor peccatorum. ergo spes pari ratione potest permanere. ¶ 3. Prat. Sicut spes est futuri boni, ita & desiderium sed in beatis est desiderium futuri boni & quantum ad gloriam corporis, quā animā beatorum desiderant, ut dicit Aug. 12. super Gen. * ad literam: & etiam quantum ad gloriam animā, secundum illud Eccl. 22. Qui edunt me, adhuc esuriēt: & qui bibunt me, adhuc sitient. Et 1. Pet. 1. dicitur. In quem desiderant angeli prospici-

prosperare, ergo videtur quod possit esse spes post hanc vitam in beatis.

SED CONTRA est, quod Apostolus dicit Rom. 8. Quod videt quis quid sperat? sed beati videt id quod est obiectum spei, scilicet Deum, ergo non sperant:

RESPON. Dicendum, quod sicut dictum est, Id quod de ratione sui importat imperfectionem subiecti, non potest simul stare cum subiecto opposita perfectione perfecta: sicut patet quod motus ratione sui importat imperfectionem subiecti, est enim actus existens in potentia in quantum huiusmodi: unde quando illa potentia reducitur ad actum, iam cessat motus. non. n. adhuc albat, postquam iam aliquid factum est album: spes autem importat motum quendam in id, quod non habetur, ut patet ex his, quae supra de passione spei diximus: & ideo quando habetur id, quod speratur, scilicet diuina fruitio, iam spes esse non poterit.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod spes est nobilior virtutibus moralibus quantum ad obiectum, quod est Deus: sed actus virtutum moralium non repugnant perfectioni beatitudinis, sicut actus spei, nisi forte ratione materiae, secundum quam non manent. Non enim virtus moralis perficit appetitum solum in id, quod nondum habetur, sed etiam circa id quod praesentialiter habetur.

AD SECUNDUM dicendum, quod timor est duplex. scilicet filialis, & filialis, ut infra dicitur. Seruilis quidem est timor peccati, qui non poterit esse in gloria nulla possibilitate ad penam remanente. Timor vero filialis habet duos actus. scilicet reuerentiam Dei, & quantum ad hunc actum non manet. separari enim a Deo habet rationem mali, nullum autem malum ibi timebitur, secundum illud Proverbi. 1. Abundantia perfruetur malorum timore sublato. Timor autem opponitur spei per oppositionem boni, & mali, ut supra dictum est: & ideo timor qui remanet in gloria, non opponitur spei. In damnatis autem magis potest esse timor peccati, quam in beatis spes gloriae: quia in damnatis erit successio peccati, & sic remanet ibi ratio futuri, quod est obiectum timoris: sed gloria sanctorum est ablatio successione secundum quandam aeternitatis participationem, in qua non est praeteritum, & futurum, sed solum praesens. Et tamen nec etiam in damnatis est proprie timor: nam sicut supra dictum est, timor nunquam est sine aliqua spe evasionis, quae omnino in damnatis non erit. unde nec timor, nisi communiter loquendo, secundum quod qualibet expectatio mali futuri, dicitur timor.

AD TERTIUM dicendum, quod quantum ad gloriam animae non potest esse. n. beatus desiderium, sed quod respicit futuram rationem iam dictam. Dicitur autem ibi esse desiderium, & sitis per remotionem fastidii, & eadem ratione dicitur esse desiderium in angelis. Respectu autem gloriae corporis in animabus sanctorum, potest quidem esse desiderium, non tamen spes, proprie loquendo, neque secundum quod spes est virtus theologica: sic enim eius obiectum est Deus, non autem aliquid bonum creatum: neque secundum quod communiter sumitur, quia obiectum spei est arduum, ut supra dictum est. Bonum autem cuius iam inevitabilem causam habemus, non comparatur ad nos in ratione ardui: unde non proprie dicitur aliquis qui habet argentum, sperare se habiturum aliquid, quod statim in potestate eius est vt emat: & similiter illi qui habent gloriam animae, non proprie dicuntur sperare gloriam corporis, sed solum desiderare.

ARTICULVS V.

Utrum aliquid fidei, uel spei remaneat in gloria.

AD QUINTUM sic proceditur. Videtur, quod aliquid fidei, uel spei remaneat in gloria. Remoto enim quod est proprium, remanet id quod est commune: sicut dicitur in lib. de causis, quod remoto rationali, remanet uiuum, & remoto uiuo, remanet ens: sed in fide est aliquid, quod habet commune cum beatitudine, scilicet ipsa cognitio, aliquid autem quod est sibi proprium. Enigma, est enim fides cognitio enigmatica, ergo remoto enigmate fidei, adhuc remanet ipsa cognitio fidei.

Præter. Fides est quoddam spirituale lumen animae, secundum illud Ephe. 1. Illuminatos oculos cordis uestri in agnitionem Dei: sed hoc lumen est imperfectum respectu luminis gloriae, de quo dicitur in Psalm. 35. In lumine tuo uidebimus lumen. Lumen autem imperfectum remanet superueniente lumine perfecto: non enim candela extinguitur claritate solis superueniente. ergo ut ipsum lumen fidei maneat cum lumine gloriae.

Præter. Substantia habitus non tollitur per hoc, quod subtrahitur materia. potest enim homo habitum liberalitatis retinere etiam amissa pecunia: sed actum habere non potest: obiectum autem fidei est veritas prima non uisa, ergo hoc remoto per quod ueritas prima, adhuc potest remanere ipse habitus fidei.

SED CONTRA est, quod fides est quidam habitus simplex: simplex autem uel totum tollitur, uel totum remanet. cum igitur fides non totaliter maneat, sed euacuetur, ut dictum est. uideatur quod totaliter tollatur.

RESPONDEO. Dicendum, quod quidam dixerunt, quod spes totaliter tollitur: fides autem partim tollitur, scilicet quantum ad enigma, & partim manet, scilicet quantum ad substantiam cognitionis, quod non idem numero, sed idem genere, uerissime dictum est. Fides enim cum uisione patriae conuenit in genere, quod est cognitio: spes autem non conuenit cum beatitudine in genere: comparatur enim spes ad beatitudinis fruitionem, sicut motus ad quietem in termino. Si autem intelligatur, quod eadem numero cognitio, quae est fidei, maneat in patria, hoc est omnino impossibile.

Super Questionis 170. Articulu quintu.

In responsione ad secundum & tertium quinti articuli dicitur, quod aliquid fidei, uel spei remaneat in gloria. Remoto enim quod est proprium, remanet id quod est commune: sicut dicitur in lib. de causis, quod remoto rationali, remanet uiuum, & remoto uiuo, remanet ens: sed in fide est aliquid, quod habet commune cum beatitudine, scilicet ipsa cognitio, aliquid autem quod est sibi proprium. Enigma, est enim fides cognitio enigmatica, ergo remoto enigmate fidei, adhuc remanet ipsa cognitio fidei. Præter. Fides est quoddam spirituale lumen animae, secundum illud Ephe. 1. Illuminatos oculos cordis uestri in agnitionem Dei: sed hoc lumen est imperfectum respectu luminis gloriae, de quo dicitur in Psalm. 35. In lumine tuo uidebimus lumen. Lumen autem imperfectum remanet superueniente lumine perfecto: non enim candela extinguitur claritate solis superueniente. ergo ut ipsum lumen fidei maneat cum lumine gloriae. Præter. Substantia habitus non tollitur per hoc, quod subtrahitur materia. potest enim homo habitum liberalitatis retinere etiam amissa pecunia: sed actum habere non potest: obiectum autem fidei est veritas prima non uisa, ergo hoc remoto per quod ueritas prima, adhuc potest remanere ipse habitus fidei.

AD aliud dicitur, quod euacuatio habitus fidei & spei est ex utraque ratione, scilicet superfluitatis, & impossibilitatis. succedit enim utrique habitus aliquid impossibile licet non uniformiter: quoniam luminis fidei succedit lumen gloriae et impossibile: habitus uero spei succedit actus talis efficaciae, seu status ut impossibile sit eidem: Ad quorum euentum scito primo, quod falsum est, in patria solum charitatis habitum esse necessarium. oportet enim etiam ponere habitum luminis gloriae non ad aliquid eorum quae dicit arguens sed ad eleuandam animam ad uidentiam: & hoc oportet Scotistas fateri, quoniam determinatum per

3. di. 31. q. 2. arti. 1. q. 1. & 3. Et ver. q. 27. ar. 5. ad 6. Et q. vir. 5. ar. 4. ad 10. proop. 1. habetur inter opera Arist. tom. 3.

Art. 3. huius quatuor.